



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae
Ferinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1499

II. Ad D. Iacobum, Marchionem Badensem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12416

Nec longo pietas tanta evanescet in ævo:
Et talis meriti gratia maior erit.

Tu modo, quæ mitto, lege carmina fronte serena,
Inclyte Dux: animi pignora certa mei:

Ac laudes admitte tuas, laudesque tuorum:
Sic dabis ingenio vela secunda meo.

II.

Ad D. Iacobum, Marchionem
Badensem.

A Iove principium princeps, finemq; IACOBE
Iustus habet: metui vult, & vterque coli.

III.

Ad Aquas Ferinas.

O temperatæ, dulce nymphæum, lymphæ:
Lymphæ, potentis blanda dona naturæ:

Sinu beato Martiana quas vallis
Profundit: apri proditas feri quondam

Vestigijs, ripas ad Entij sacras.

Salvete ter, quaterque, cum sacris Nymphis

Salvete. vos vt mille versibus laudem:

Laudabo nunquam vos tamen satis dignè:

O temperatæ, dulce nymphæum, lymphæ.

IV.

D. Georgio Friderico, Marchioni
Badensi, & Hochburgio.

A 4 Magna